

necesse est exemplis confirmetur, possum equidem otiosus hoc labore supersedere. Nam exemplorum affatim notæ suppeditant et Appendix. Nonnulla tamen citabo loca, in quibus una vel plures excidunt litteræ, vel MSS. vel conjecturis suppletæ supplendæque. In erroribus (quales sunt Hl. πρὸς ἦν Troad. 58, et 791. πρόσφυγμα; hisque similes Fl. Hippol. 320. εἰς ἀμ. et 1275. Πανὸς) notandis piget horas bonas consumere. Solis enim pueris hæc levia prodesse possunt. Majora nos aggredimur. Quatuor enim in Euripide loca proferam insignia, quibus una littera omissa grave vulnus infixit. Alcest. 711. Vulgo λέγ' ὡς ἐμοῦ λέξαντος· εἰ δ' ἀλγεῖς κλυών. Fl. λέγοντος. Scholiastes, probante Marklando ad Iph. T. 955. 'λέξαντος' quod verum est: in prioribus autem leg. 'Αλγεῖς C' ἐμοῦ 'λέξαντος. Hec. 1175. Viros Doctos ludos fecit. Una litterula mutata locus facile potest expediri. Vulgo Πολλαὶ γὰρ ἡμῶν, αἱ μὲν ΕΙΣ ΕΠΙΦΘΟΝΟΙ. Tu lege C reduplicata, ΕΙC ΤΑC ΑΦΘΟΝΟΥC. Huc respicit Hesychius leviter mendosus 'Αφθόνους, τοὺς αλας· leg. τὰς καλάς: ubi mutatur υ in κ: vid. Androm. 1259. Ald. ἀκτὴν. Membr. αὐτὴν. Litterula dixi, scilicet T dedi pro Π. De vocalibus enim α et ε silebo, silebo quoque de syllabis vocum ultimis depravationi obnoxiiis; quia Marklandus sæpius id ipsum monuit. Quamobrem nostra debet conjectura pro vera haberi in Hec. 431. Χαίροις σὺν ἄλλοις. Vulgatum χαίρουσιν ἄλλοι habet certe, in quo quis hæreat. Litteras in χαίρουσιν transposui, et profecto χαίροις optativum, male licet, habet Mosq. 4. in 1247. pro indicativo: quod ad αλλοις et αλλοι, errorem similem acute vidit Canterus in Bacchis 1049. scribendo ΟΣΣΟΙC pro ΟCΟΙ: qui locus, ut id obiter notem, sic legendus est; Οὐκ ἐξιχνεύοιμ' οὐδὲν ἂν ἐν ὄσσοις μαθῶν. Vox οὐδὲν repeti debet, vid. Troad. 647. Mox præpositio in phrasi ἐν ὄσσοις est valde comoda: vid. Porson. Orest. 1018. Denique μαθῶν pro ἰδῶν: vid. Phœn. 1399. Musgravii conjecturam tacite Brunckius adoptat, vulgatæ lectionis nulla mentione facta; quæ sic se